

Christoph Martin Burchard

**Programma, Qvo Rector Academiæ Rostochiensis, Christoph. Martinus
Burchardus, Med. Doct. & Profess. Publ. Ordin. Ad Passionale Tempus In
Memoriam Salvatoris Mundi pio animo celebrandum Cives Academicos
offisiosissime invitat, & quid damni in Religionis Exercitio Fastus Pharisaicus
cum Divitiarum Studio conjunctus, afferat, ostendit**

Rostochii: Typis Io. Iacob. Adleri, [1733?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1004017243>

Druck Freier  Zugang





T. 512.

1733. Fasken.

~~M-1258 221.~~

Q. 1733

PROGRAMMA,
QVO
RECTOR ACADEMIÆ ROSTO CHIENSIS,
CHRISTOPH. MARTINUS
BURCHARDUS,
Med. Doct. & Profess. Publ. Ordin.

AD
PASSIONALE TEMPUS
IN
MEMORIAM
SALVATORIS MUNDI
pio animo
celebrandum
CIVES ACADEMICOS
officiosissime invitat,
&
quid damni in Religionis Exercitio
Fastus Pharisaicus cum Divitiarum
Studio conjunctus, afferat,
ostendit.



ROSTOCHII,
Typis IO. IACOB. ADLERİ, SEREN, PRINCIPIS
& ACAD. Typographi.

M. 1256 221



Ontemplati sumus, CIVES, HONORATISSIMI, ante aliquot hebdomades, in Programmate Genethliaco Salvatoris Nostri, quantum damni in Religionis exercitio, & mediis Salutiferis, cum applectendis, um sibi applicandis, afferat vel negligentia, vel incredulitas, aut denique præsumpta Sanctitatis opinio, ita ut Judæi, quamvis ex Maria natum esse promissum olim Messiam, agnoscere potuerint, eum tamen, tot licet documentis convicti, juste venerari, & sibi eundem vindicare, vel non curaverint, vel penitus sint designati. Quemadmodum autem hæc animi vitia in Judæis circa Nativitatem Salvatoris, notanda veniunt; sic quando cum cura integræ ejus historiam perpendimus, ad tristem usque ex hac vita exitum, quid nempe causæ subfuerit, ut nec monitis Christi aurem præbere, nec Miraculis fidem adhibere voluerint Judæi, sed potius communicatis consiliis in ejus perniciem conjuraverint, nullam aliam invenire possumus, quam Fastum illum Pharisaicum cum Studio divitiarum, & lautæ rei familiaris coniunctum. Nec inane aut supervacaneum est, ejusmodi contemplationes instituere: nam cum tempus infestet, quo memoriam lugubris & tragicæ mortis, Salvatoris Nostri celebramus, omnino inquirendum nobis incumbit, annon etiam in animo nostro adsint talia vitia, aut affectus, qui vel impedimentum afferant, quo minus digne hæc contemplatio instituatur, vel nos impellant, ut repudiato Christi merito, aut in dubium vocato, alia Salutis media circumspiciamus. Tanti enim nobis est Christus crucifixus, ut ejus meditatio nunquam satis digne institui, nunquam grato fatis animo prædicari possit. Mortuus enim

enim est pro nobis, ut nostra dispungeret peccata, & nos ab infernali poena redemptos æternæ beatitudinis redderet participes. Nec quibusdam tantum aditum ad hanc felicitatem concessit, sed ut omnibus ea contingere, non optavit solum, sed serio etiam voluit. Documentum infiniti hujus & stupendi amoris nobis suppeditant illi ipsi, qui nefando scelere ipsum criminabantur, tanquam rebellem, & læsa Majestatis reum, donec tandem à Pilato obtinerent, ut Cruci affigeretur. Pro hisce namque, & pro horum salute Patrem Cœlestem implorat, ut remitteret ipsis hæc facinora, quoniam quid agant, nesciant. Dubium autem hic merito occurrit, an nesciverint Judæi, Christum fuisse Filium DEI, & propterea atrocitatem parricidii, quod peragebant, non satis perpendisse. Verum tot documenta aderant, quæ Divinitatem Salvatoris testabantur, tot miracula, non solum in regionibus ab Hierosolyma diffitis, sed etiam in ipsa Urbe, ejusque cofiniis præstata, eam confirmabant, ut ex his, nisi sponte cæcutire maluerint, dijudicare & potuissent, & debuissent. Judæi, non nisi divina virtute hæc peragi posse. Nec Syndrium illud magnum horum insciūm fuisse, inquisitio contra cæcum natum, & maxime insignis ista, Lazari, am putredine infecti, in præsentia tot judæorum, resuscitatio, sufficienter ostendunt. Accedebat Salvatoris nostri propria in Templo confessio: Cum enim ex ipso quærerent, an revera Christus esset, & ab ipso postulerent, ut non diutius dubios se relinqueret, aperte declaravit, se esse eundem, se ac Patrem esse unum, & si verbis fdei non habeant, respicerent saltem miracula, quæ de se testarentur. Quid autem ad hæc Judæi? Lapidibus ex terra erutis obruere conantur, istum, qui nil magis quam ipsorum salutem quærebat. Itaque non ignorabait Judæi conditionem Salvatoris nostri, quænammodum

admodum id etiam confitetur Nicodemus , dum dicit :
Nobis perspectum est , Te esse Doctorem à DEO missum ,
cum nemo ista miracula edere possit , nisi DEum habeat
adjutorem . Certe non ignotam ipsis fuisse Conditio-
nem Salvatoris nostri , vel ex ipso Anathematis fulmine
constare potest , quod in istos decreverant , qui eum
profiterentur Christum . Itaque quamvis cognitum
habuerint , non tamen talem voluerunt Messiam , hu-
mili & servili habitu incedentem ; sed magnum ac po-
tentissimum Regem sibi exoptabant , cuius ope non
solum jugum Imperii Romani excutere , sed etiam do-
minium per totum terrarum orbem extendere valerent
Promissum enim erat Messiae tale Imperium , Spirituali-
nempe ; sed isti Mundanum cupiebant , certe animo
præconceperant ; adeoque quo quis magis in populo
minebat , ut Senatus aut Sacer Ordo , eo maiores pa-
tes se habiturum in futuro Regno , ut vel Consiliaii ,
vel Prætoris sive Gubernatoris munere dignaretur , quis-
que sibi promittebat ; Itaque postquam tali spe exciderant ,
certe præsens , qui se dicebat Messiam , nihil haberet , quod
animo suo suisque cupiditatibus respondebat , hinc cum
contemnebant , & signa postulabant , talia nimirum , qua-
lia ediderat Moses in Ægypto , ut expellerentur ex Iudea
Romani , aut penitus everterentur . Imo ne ipsi qui-
dem Apostoli immunes erant ab ista opinione , & pro-
pterea alii quærebant , Domine , quando eriges R̄gnum
tuum ? Mater vero Johannis & Jacobi primariam digni-
tatem & gratiam suis filiis in isto Regno exibebat .
Quid mirum itaque , quod Judæi , qui dominium in
omnes gentes affectabant , & opes totius universi avido
jam devorabant animo , postquam cernerent Messiam
istum penitus ab ista intentione alienum , aut forte nimis
impotentem , desperatione in rabiem versa , è medio
tollere ,

tollere istum, tanquam nomine Messiae indignum; conspiraverint: Et quidem eo magis, quoniam videbant, quod ne ista quidem, quam obtinebant in populo, autoritas, salva perstare posset, cum nova Doctoris doctrina. Sedebat namque Pharisei in solio Mosis, & Leges divino iussu præscriptas suis traditionibus admodum reddiderant corruptas, sine dubio, ut majorem Sanctitatis opinionem sibi apud vulgum conciliarent, aut eo felicius plebem emungere possent. Qui ergo perferre poterant advenientem ex Galilea Reformatorem, qui aperte oppugnabat dogmata hactenus tradita, qui affectatam istam iustitiam destruebat, & fuso ornatis sepulchretis similem esse, aperte profitebatur. Itaque de Throno, quem in Ecclesia DEI occupaverant, descendere, & cum Doctores se apud omnes hactenus gessissent, & incorruptos, & infallibiles, nunc discipulos agere, & a novitii Doctoris ore pendere, nimis asperum videbatur turgido superbia Phariseorum animo. Accedebat metus, ne inferior popellus Christi partim doctrina partim miraculis excitatus, in Regem istum eligeret, quod ob imponentiam hujus Regis, excidium totius populi secum trahere posset. Hinc melius esse concludunt, ut unus pro populo moriatur, quam ut tota natio pereat ac extirpetur. Itaque non ignorabant Judæi, quid agerent, sed affectuum furiis agitati, non satis perpendebant facinoris atrocitatem. Est enim hæc animi humani imbecilitas dicam, an pertinacia, ac obduratio, ut si nimium indulget affectibus prædominantibus, imprimis superbiæ ac avaritiæ, sive divitarum studio, non solum repudiata regâ ratione, sed posthabitis etiam juribus Divinis ac humannis, unice suis cupiditatibus, quasi rabie impulsus satisfacere studeat. Observabimus id in omnibus Hæreticis, imprimis postquam aliquam sibi autoritatem, aut lautiorem for-

tunam, erroneis suis dogmatibus conciliarunt, quod re-
jecta Christi & Apostolorum doctrina, eam non admit-
tant, nisi in quantum inepta interpretatione in suas
partes trahere possunt. Imo ipse Papa Romanus, si in suis
viribus positum, lubens everteret Sacrum Codicem fun-
ditus, ut eo majori licentia suas Constitutiones Orbi Chri-
stiano obtrudere posset. Hinc ferro ac igne graffatur con-
tra istos, qui plus tribuunt Doctrinæ Evangelicæ, à Salva-
tore nostro ac Apostolis traditæ, quam papalibus suis de-
cretis. Certe, dum mente volvimus truculentas istas per-
secutiones, ab Illustri Thuano Libro XXVIII. & sequen-
tibus, descriptas, quas in Anglia, imprimis vero Gallia ex-
citarunt Papicolæ, gaudente & applaudente Papa Ro-
mano, cum Purpuratorum Collegio, verum Exemplar,
sive simulacrum, Romæ invenire mihi videor illius Hi-
erosolymitani Synedrii, quod nullis fraudibus, technis,
nullo crudelitatis generi pepertit, ut eversa Christi ac
Apostolorum doctrina, pristinam sibi conservarent auto-
ritatem. Quid enim futurum putatis, Cives Optimi, si
Christus, ut aliquisibi imaginantur, in hunc rediret Mun-
dum, Imperium visibile heic excitaturus? Anne creditis
Papam de Throno suo descensurum, ut ipsi vacuam sedem
relinqueret? Nonne potius Verendos & Severos Inquisi-
tionis Patres contra ipsum armaret, si Evangelium suum
a Papæorum additionibus repurgare aggredieretur? Si
ex Ecclesia sua, uti olim ex Templo Hierosolymitano ex-
pellere conaretur fraudulentas Monachorum artes &
animatorum nundinationes? Nonne Hæreticum eum decla-
rarent, infaustis flammis addicendum? Qui enim Chri-
sto parcerent Papicolæ, cum tanta crudelitate in ejus visce-
ra desæviant? in eos puto, qui nihil aliud peccarunt, quam
quod Christi & Apostolorum Doctrinam præferunt Papa-
libus decretis. Certe qui considerat, quid Papam & Cle-
rum

rum Romanum ad tantam impellat sævitiam , facile inveniet, quod Romanæ sedis autoritas & omnium rerum affluentia, cum puriore Christi Doctrina subsistere non posset. Hinc jam suo tempore Guido Patinus, ipse Romano Catholicus, ita scribit : *Dans le tems du Messie la Religion etoit en herbe, aujourd'hui elle est en gerbe & en fleur : unde fit, ut hodie Principes Ecclesie tam facile & jucunde bauriant aquas in gaudio de fontibus Salvatoris.* *Pieras peperit divitias, mais filia suffocavit matrem (†) & alibi, La porte, inquit, de Paradis est doree, & les riches doivent point desesperer de leur salut, parce qu'ils ont de l'argent. Tout leur est permis : du moins bien des Gens (*) que Vous connoissez, se servent de ce leurre pour tirer finement de l'argent, de ceux, qui le croient, & ne sont point chiches de promettre le Paradis, dont ils n'ont point le cle'(**)* L'quitur autem hic de Purgatorio, & Missarum officio, quod pro salute animarum à Papistis instituitur. Nam totam hanc doctrinam, unice confitam esse, ut eo laetius viveret Clerus Romanus, ipse satis agnovit. Hinc specialiter de Purgatorio scribens, *La Pourgatoire*, dicit, *est la mere nourrice des Moines : O la gentille invention, que ce feu de Pourgatoire ! le Pape n'etoit point fait, qui en inventa l'Histoire, pour faire bouillir sont pot, & de quelques millions de gens oiseux, que Saint Paul appelloit, Venires pigri, auquel nous pouvons ajouter, fruges consumere nati.* (***) Apparet itaque quod Papa Romanus cum Purpuratorum ordine, ac ingenti Episcoporum numero, & universo Clero Romano, in ista dignitate, ac omni rerum & divitiarum abundantia, se conservare non posset, sed quod ipsis brevi redeundum foret ad ordinem fratrum mendicantium, nisi errorem istum de purgatorio, aliaque aucupia, Patrimonio Petri inservientia, in animis Laicorum sollicite

(†) Epistol. Tom. II. 327.

(*) Papa & Clerus Romanus.

(**) Epist. Tom. I. 198.

(***) Epist. Tom. II. 280.

felicite foverent ac sustentarent; Necesse ergo est, severe ac crudeliter animadvertere, in omnes, & ferro ac igne eos extirpare, qui vel latum unguem ab hisce commentis, tantam autoritatem, tantas divitias Clero Romano conciliantibus, recedunt, aut in dubium ista vocant. Quid ergo mirum, olim Judæos, in cædem ac paricidia conspirasse, ut Salvatorem è medio tollerent, cum idem hoc agat in Christi Sectatores fideles Clerus Romanus? Nam quæ hunc agitant furia, Avaritia, cum Fastu & affectata justitia conjuncta, ita ut Cœli portas aperiant aut claudant, quibus, aut quando ipsis placet, istæ quoque olim obsedebant Ordinem Judæorum Sacrum, eumque ad sceleræ ac nefaria consilia impulere.

Vidistis *Cives Dilectissimi*, quid affectus prædicti in hominibus valeant, & quod animum non solum proclivem reddant, ad amplectandos in Religione errores, sed etiam pertinaciter eosdem fovendos ac defendendos. Itaque allaborandum, ut pura mente Religionis Mysteria tractemus, & neque ob dignitatem, neque ob lautioris fortunæ cupiditatem, media salutifera vel rejiciamus, vel humanis fictionibus corrumpamus. Non invidit nobis notitiam, saluti nostræ necessariam, Summum Numen, sed viam ac media, quibus illuc perveniamus, in Sacro Codice abunde manifestavit. Cum autem Salus Generis humani consistat in morte Christi Crucifixi, & præsens tempus memoria illius destinatum sit, nostrum erit eam pia mente volvere ac meditari: quo graviora enim sunt, quæ nostri causa pertulit mala, eo magis pendendum, quæ nobis olim perferenda fuissent, si meritoria satisfactione Salvatoris destitueremur. Si enim in istum, quini hil mali unquam perpetraverat, in dilectissimum Filium, Theanthropum. Justitia Divina totam suam vindictam exercuit, adeo, ut lamentabili voce exclamare coactus fuerit: Eli, Eli Lama Asabthani, non difficile erit colligere, quid exspectandum sit istis, qui æternæ damnationis erunt rei. Hæc ipsa autem meditatio ut merito gratitudinem in animo nostro excitat perpetuam, sic ut ab omni inordinato vitæ genere, comedationibus, ac larvatis disclusionibus, quibus Papizantes adhuc licentiose indulgent, abstineamus æquitas jubet, pietas postulat.

P. P. SUB SIGILLO RECTORATUS
Anno MDCCXXXIII. d. XV. Febr.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1004017243/phys_0011](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1004017243/phys_0011)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1004017243/phys_0012](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1004017243/phys_0012)

DFG


rum Romanum ad tantam impellat sævitiam
veniet, quod Romanæ sedis autoritas & omnium
fluentia, cum puriore Christi Doctrina subsisteret.
Hinc jam suo tempore Guido Patinus, ipse
Catholicus, ita scribit: *Dans le tems du Messie*
etoit en herbe, aujourd'hui elle est en gerbe & en
fit, ut hodie Principes Ecclesiæ tam facile & jucundas
aquas in gaudio de fontibus Salvatoris. *Pietas per-*
as, mais filia suffocavit matrem (†) & alibi, La po-
de Paradis est doree, & les riches doivent point desesp-
salut, parce qu'ils ont de l'argent. Tout leur est permis
bien des Gens () que Vous connoissez, se servent de ce*
tirer finement de l'argent, de ceux, qui le croient, & a-
chiches de promettre le Paradis, dont ils n'ont point.
L'quitur autem hic de Purgatorio, & Missarum
quod pro salute animarum à Papistis instituitur
tam hanc doctrinam, unice confitam esse, ut
viveret Clerus Romanus, ipse satis agnovit. Hunc
liter de Purgatorio scribens, *La Pourgatoire*, dici
nourrice des Moines: *O la gentille invention, que ce*
gatoire ! le Pape n'etoit point sot, qui en inventa l'He
faire bouillir sont pot, & de quelques millions de
que Saint Paul appelloit, Ventres pigri, auquel n'
*ajouter, fruges consumere nati. (***) Apparet it*
Papa Romanus cum Purpuratorum ordine,
Episcoporum numero, & universo Clero R
ista dignitate, ac omni rerum & divitiarum abunda-
servare non posset, sed quod ipsis brevi redeundum
dinem fratrum mendicantium, nisi errorem istum de
aliaque aucupia, Patrimonio Petri inservientia, in an-

(†) Epistol. Tom. II. 327.

(*) Papa & Clerus Romanus.

(**) Epist. Tom. I. 198.

(***) Epist. Tom. II. 280.



the scale towards document

121

Image Engineering Scan Reference Chart TE63 Serial No.